

INSTRUMENTUM.

1) Musicale.

Vd. *Musica* (Alteratio — decr. Bened. XIV.).

2) Pacis.

a) Osculum.

Presbyterum assistentem osculari debere Instrumentum pacis, non autem Episcopum juxta Caeremon. L. I. c. XXIV. n. 879 ad 2 die 28. Sept. 1630.

b) Usus.

Cf. *Pax Laicorum; Magistratus* (pax).

Permitti posse Marchioni Villalvern. pacem cum Instrumento. n. 2552 die 13. Junii 1671.

Nullo modo licere in defectum Instrumenti pacis Principi etc. manipulum osculandum tradi. n. 1978 ad 2 die 29. Mart. 1659.

Ad dubium: an osculum pacis intelligatur prohibitum Magistratui etiam cum Instrumento argenti et quid accedente consuetudine? S. C. resp.: Negative servata forma Caerem. L. I. cap. 24 n. 6; n. 3211 ad 1 die 22. Apr. 1690.

Si aderunt Laici, ut Magistratus et Barones ac Nobiles, detur illis pax cum Instrumento, quod prius presbyter assistens osculatur. *Caer. Ep.* L. I. c. XXIV. n. 6.

Ad dubium: an Duci Ostunens. debeatur pax cum Instrumento per aliquem Magistrum Caer. seu alium presbyterum cotta indutum? S. C. resp.: Affirmative et idem debetur etiam ejusdem Fratibus. n. 3668 ad 5 et 6 die 24. Nov. 1703.

Baroni de Casalibus deberi osculum pacis cum Instrumento post omnes Canonicos per Ministrum cotta indutum. n. 3907 die 2. Apr. 1718.

Danda est pax Gubernatori et duobus Consulibus a Mansionario

cum Instrumento. n. 3992 ad 5 die 9. Decb. 1730.

Pacem dandam esse Magistratui cum Instrumento ab eodem ministro, qui illam per osculum defert Dignitatibus et Canonicis caeterisque choro interestibus. n. 4139 ad 1 die 23. Mart. 1743.

INTERDICTUM.

(*Festa infra illud celebranda.*)

Festivitas SS. Corp. Chr. sicut et Natalis Dom., Paschae, Pentecostes et Assumptionis B. V. M. celebrari possunt tempore interdicti. *Martin. V. Bonif. VIII.* (Petra tom. IV. p. 251.)

Martinus PP. V.

Quod in festo et diebus octavarum festi SS. Corp. Chr. etiam in terris et locis ecclesiastico quavis auctoritate suppositis interdicto, pulsatis campanis, januis apertis, et alta voce, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis, ut citius reconciliari studeant, admissis et illis, qui causam vel occasionem hujusmodi interdicti dederint, altari tunc nullatenus appropinquantibus, missae et officia licite celebrari possint, auctoritate ap. concedimus per praesentes, aliis, quae circa observationem interdictorum a nostris sunt instituta praedecessoribus in suo robore duraturis.

Datum Romae 26. Maji 1492.

INTERSTITIUM.

Vd.: *Ordinatio Graecor.* (n. XVI. XVIII.); *Ordinatio* (tempus).

Clemens PP. XIII.

Dilecto Filio Joachim S. R. E. Diacono Cardinali de Bernis.

Postiores literae Tuae renunciant Nobis, Te secundum Canonicas regulas post Diaconii Ordinem jam

susceptum, interstitia ita servare jam statuisset, antequam ad Sacerdotium promoveris: qua de re iterum commendamus captum a Te consilium, nihil enim praestantius, quam tam sublimi ac prope Divino Ministerio, diuturna sacrarum rerum contemplatione multisque ascensionibus cordis in Deum sese comparare, nihil Clero minori utilius quam Ecclesiasticos Viros aspicere primis in Dignitatibus constitos sacrorum Conciliorum sanctionibus sese lubenter submittere.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem die 8. Jan. 1760.

(Bull. r. Continuatio t. I. p. 272. Ed. Rom. 1835).

INTORTITIA.

1) Ad elevationem SSmi.

a) In missa Dignitarii.

In missa solemniter cantata in elevatione prima Dignitas Cathedr. Spol. non potest uti sex intortitiis. n. 2967 ad 2 die 20. Sept. 1681.

Celebrante Praeposito pro Episcopo an debeant sex vel quatuor funalia cerea in elevatione SSmi. in missa accendi? S. C. resp.: Servandum esse solitum. n. 1707 ad 1 die 20. Junii 1654.

Ad dubium: an idem funalium seu intortitiorum numerus in elevatione Venerabilis adhibitus pro Dignitatibus, adhibendus sit pro Canonicis sol. celebraturis? Et quid servari debeat in hymno: *Te Deum*, et in cantico: *Benedictus*? S. C. resp.: Affirmative, habita tamen ratione festorum et non personarum. n. 4064 ad 3 die 31. Aug. 1737.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XX. n. 3 — 5. 7. 8.

b) In missa Episcopi.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XX. n. 3 — 7.

Dicto *Sanctus* vel incepto Canon, quatuor, sex aut ad summum octo ministri cottis induti afferant totidem funalia cerae albae accensa et factis debitis reverentiis collocant se genuflexi hinc inde a lateribus Subdiaconi tenentis patenam, vel, si magis commodum, ad latera altaris.

Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 68.

Elevato Sacramento Ministri funalia habentes surgunt et factis debitis reverentiis discedunt ac funalia extra presbyterium extinguunt, nisi facienda sit communio, quia tunc remanent genuflexi cum funalibus accensis usque ad finitam communionem.

Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 71.

Dum dicitur *Sanctus etc. in missa de Requ.*, quatuor Capellani cum quatuor intortitiis ex cera communi accensis pro elev. SSmi. accedunt et genuflectunt, sic permanentes cum intortitiis usque post communionem.

Caer. Ep. l. II. c. XI. n. 7.

c) In missa sol. cor. exp. SSmo.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XX. n. 5.

2) Ferentes in Processione.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XX. n. 7. 9.

3) Ad Te Deum et Benedictus.

Vd.: *Intortitia ad elevationem etc.*; decr. n. 4064.

4) Pondus.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XX. n. 8.

De Intortitiis cf. Candela; Processio in festo SS. Corp. Chr.; Oblationes.

INTORTITIUM.

1) Abbatis.

Non decere Abbati, sibi in processio-
nibus facere anteferri intortitium per
unum ex conversis Ordinis. n. 1376
ad 2 die 10. Maji 1642.

2) Canonicorum.

Ad dubium: An Canonici in pro-
cessione SS. Corp. Chr. teneantur in-
tortitia deferre, quamvis Archiepiscopus
per seipsum non deferat? S. C.
resp.: Canonicos teneri funalia seu
intortitia deferre. n. 1519 ad 2 die
2. Julii 1644.

Vd.: *Candela; Processio SS. Corp.
Chr.* (candela).

3) Episcopi.

Quando Episcopus in sua Ecclesia
intervenit cum cappa processioni SS.
Corp. Chr. debet intortitium sibi per
Ministrum deferri facere. n. 1519 ad 1
die 2. Julii 1644.

INTROITUS.

A Cantoribus in choro incipi non
potest Introitus missae, priusquam
Sacerdos eandem missam celebraturus
ad altare pervenerit. n. 4233 ad 7
die 14. Apr. 1752.

Vd.: *Cantus* (abbreviatio).

INVENTIO SS. CRUCIS.

1) Officium.

Abbatissa Monasterii S. Petri (Re-
mensis civitatis) Ord. S. Bened. ex-
posuit dubium circa modum recitandi
Officium Inventionis S. Crucis, quando
occurrente aliquo festo non translato
9 II., non potest celebrari nisi post
Pentecosten. S. C. resp.: In Officio
omittitur *Alleluja*, nisi ubi reperitur
in festo Exaltationis.

In hymno: *Vexilla dicitur: In hac
triumphi gloria.*

In Matutino Antiphonae, ut in festo
Exaltationis, exceptis prima primi et
prima secundi n., quae dicuntur ut in
festo Inventionis.

In 2. vesp. Antiph. ad Magnificat:
Crucem, Sanctae etc.

In missa Introitus et Communio sine
Allel. et Graduale, ut in missa Exal-
tationis. n. 4241 die 16. Febr. 1754.

2) Praefatio.

Occurrente hoc festo infra octavam
Ascensionis dicitur Praefatio propria,
Communicantes vero de Ascensione D.,
quamquam non fit commemoratio octavae.
n. 707 ad 2 die 7. Aug. 1627.

3) Translatio.

Ad dubium: an secundum commu-
nem modum transferri debeat festum
Inventionis S. Crucis cadens in domi-
nicam, in qua celebratur festum de-
dicationis Ecclesiae; an tunc hoc fe-
stum S. Crucis, utpote 2. cl., debeat
expectare usque ad diem aliquam non
impeditam vel posset statim sequenti
die fieri licet festo dupl. impedita?
S. C. resp.: Transferatur Officium
S. Crucis et licet sit 2. cl., reponi
debet prima die festo dupl. vel semi-
dupl. non impedita. n. 4044 (*alia
dub.*) ad 8 die 23. Julii 1736.

*Inventio SS. Crucis occurrens cum
Officio SS. Redemptoris et Patro-
cini S. Joseph,* vd.: *SS. Redemptor*
(transl. decr. n. 4859).

INVENTIO S. STEPHANI.

Ad dubium PP. Benedictin. Ein-
sidlen: an in festo Inventionis S. Ste-
phani in 3. n. sit dicenda Antiphona:
Jerusalem, quamvis nullum Brevia-
rium de hoc mentionem faciat praeter
Constansiense? S. C. resp.: Negative.

n. 4044 ad titul. XXI. dub. 5. die
5. Maji 1736.

INVITATORIUM.

1) In Annivers. def. et in die Obitus.

Vd.: *Officium def.* (quid in eo omitten-
dum etc.)

Ad dubium: An, dum tantum dici-
tur primum defunctorum Nocturnum,
pro quibus debeat, vel saltem possit
cantari Missa de Requiem in Festo
dupl. maj., aut saltem min. non festivo,
omitti debeat Invitatorium?

S. eadem R. C., rescribendum cen-
suit:

„Affirmative“.

Et ita declaravit. n. 4474 ad 15
die 2. Maji 1801.

Ad dubium: In Monasterio s. Lau-
rentii Toletanae ex dispositione Re-
gem Testatorum celebrantur plura *An-
niversaria* pro def. Regibus et Noctur-
num diei, sed ex immemorabili consuetu-
dine semper omittitur psalmus *Lauda
anima mea etc.* et ad Nocturnum non
dicitur *Invitatorium*. Quaeritur: an
haec consuetudo retinenda sit? S. C.
resp.: Affirmative quoad *Invitatorium*
et psalmum *Venite*, negative quoad
psalmum *Lauda etc.* n. 4505 ad 4 die
20. Sept. 1806.

In quadam Cathedrali in Anniver-
sario Pontificis SS. dicitur Invitatorium,
unum Nocturnum, ut in 2. feriis tem-
pore Adventus et Quadragesimae;
quaeritur: an in casu dicendi sint dupli-
candae? S. C. resp.: Servari posse
consuetudinem recitandi unum dum-
taxat Nocturnum sed sine Invitatorio.
n. 4536 ad 13 die 4. Junii 1817.

NOTA GARD. AD HOC DECRETUM:

Quamvis Anniversarium aliquid ha-
beat solemnitatis et in eodem, si mor-
tuorum Officium persolvatur, ut tres

Decreta authentica.

integri Nocturni cum Invitatorio et
duplicatis Antiphonis recitentur, in
communi sit more, juxta disposita in
Rituale Romano, nihilominus impro-
banda non est consuetudo, si viget
alicubi, unum tantum recitandi Noc-
turnum, nisi obstet Fundatorum vo-
luntas de integro persolvendo Officio
vel etiam immemorabilis consuetudo.
Non idem tamen dicendum de Invi-
tatorio, quod cum Psalmo *Venite etc.*
legi dumtaxat debet ex rubricarum
Breviarii praescripto, dum Officium
integrum est. Non omnia Anniver-
saria vel ex consuetudine vel ex
Testatorum dispositione adnexum ha-
bent Officium, et plura sunt, quae
unica tantum Missa solemniter cantata
cum absoluteione circa castrum doloris
persolvuntur: hinc fit, quod necesse
non est Officium addere, vel, si ad-
datur, non semper oportet illud inte-
grum persolvi; at, si unum tantum
Nocturnum recitetur, servanda est
regula de non recitando Invitatorio.
Equidem non ignoro Ritualis rubricam
titulo de Exequiis, quae praecipit,
quod si ob temporis angustiam . . .
Officium mortuorum cum tribus Noc-
turnis et Laudibus dici non potest . . .
dicatur saltem primum Nocturnum cum
Laudibus, maxime ubi ejusmodi viget
consuetudo, incipiendo ab Invitatorio
Regem, cui omnia vivunt, Venite etc.
Sed haec rubrica taxative disponit de
Officio recitando in depositione de-
functi, si rationabilis causa interveniat,
ne integrum Officium peragatur. Quod
tamen pro uno casu, moderando regu-
lam generalem, statutum est, ne de-
functi corpus sine Officio terrae tra-
datur, trahi nequit ad alios casus longe
diversos, veluti est Anniversarium, in
quo proinde, si Invitatorium dici velit
aut debeat ex voluntate Testatorum
vel petentium, omnes tres Nocturni
cum duplicatis Antiphonis erunt reci-
tandi. Sed quoniam, ut supra dictum

est, in Anniversario ut plurimum solemni, Missae non adjungitur Officium, nisi excepto casu injunctae obligationis, aut consuetudinis, si spontanea et libera sit, vel ex more inducta recitatio unius dumtaxat Nocturni, huic praemittendum non erit Invitatorium, repugnante Breviarii rubrica, videlicet: Hoc Invitatorium dicitur tantum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in die depositionis defuncti, quibus diebus dicuntur tres Nocturni infrascripti et Antiphonae duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Nocturnum cum Laudibus. Quae Breviarii Rubrica ad duos tantum casus limitata, concordi Scriptorum sententia et omnium Ecclesiarum usu, extenditur ad casus omnes, in quibus tres Nocturni recitantur. Aliquos non deesse fateor inter Rubricistas, qui limitationem Ritualis appositam pro depositione defuncti extendunt ad diem tertiam, septimam, trigesimam et Anniversarium, inter quos adnumerantur Gavantus et Baruffaldus, quibus alii Rubricarum expositores adhaerent. Sed praeter quam quod verba Gavanti satis clara non sunt et in alium longe diversum sensum intelligi possunt, magis arridet Bissi sententia, qui in sua Hierurgia verbo Invitatorium §. 5., posita limitatione Ritualis, quaerit: an autem etiam sit dicendum (invitatorium cum uno dumtaxat Nocturno) in die tertio, septimo et trigesimo depositionis? Affirmative respondit Gavantus. Ex rubrica quidem Breviarii citata contrarium colligi videtur, in qua habetur, quod Invitatorium dicitur tantum in die etc. et utique ly tantum restringit ad duos casus; nihilominus Gavantum non refello, si dicantur tres Nocturni; in eo namque casu semper esse dicendum Invitatorium, videtur sensum esse rubricae, et ita in praxi fuit explicatum, nec

dissentit Guyetus lib. 4. cap. 23. quaest. 17.

In illis Ecclesiis, ubi ex viregulae seu ob adimplendas pias defunctorum voluntates *totum* Officium def. ritu dupl. cantatur, nunquam omittendum est Invitatorium. n. 4085 ad 2 die 9. Maji 1739.

In Ecclesia conv. Pisar. plura celebrantur Anniversaria def. et semper ex antiqua consuetudine cantatum est 1. n. def. cum Invitat. et ps. *Venite exultemus etc.* Quaeritur: an servanda sit haec consuetudo? S. C. resp.: *Serventur rubricae.* n. 4887 die 11. Apr. 1840.

2) In Breviar. recitandum.

Ad dubium: An Invitatorium: *Hodie si corda vestra etc.* tempore Passionis in Quadragesima debeat cantari sicuti alia Invitatoria extra temp. Passionis, scilicet sexies integre et ter imperfecte hoc modo postversum: *Quadragesima etc. Hodie si — corda vestra,* et iterum repetatur integre: *Hodie si — corda vestra.* (Gav. Comm. in rubr. Breviarii sect. 5. c. 5.) S. C. resp.: Omissis *Gloria Patri etc.* et *nolite — vestra* repeti debere integre Invitatorium etc. *Hodie . . .* n. 3029 ad 1 die 24. Julii 1683.

Tempore Passionis, omissa *Gloria Patri etc.* omittendam etiam repetitionem imperfectam Invitatorii et tantum integrum invitatorium, partim scilicet a Chorista et partim a choro repetendum esse, nempe: *Chor:* „Hodie . . . corda vestra“; *Chorista:* „Hodie si vocem D. audieritis“; *Chor:* „Nolite obd. corda vestra“ n. 3347 die 18. Decb. 1694.

S. JOACHIM.

1) Festi dies.

Cum enixe ac saepius S. Caesarea Majestas institerit, ut festum S. Joa-

S. JOANNES.

a) Baptista.

1) Antiphona.

Ad dubium PP. Benedictin. Einsidlen: Qualis antiphona sit dicenda loco ultimo in 2. n. s. Joann. B.? S. C. resp.: Ipse praeibit ante illum in spiritu et virtute Eliae parare Domino plebem perfectam. n. 4044 ad titul. XXI. dub. 3. die 5. Maji 1736.

2) Festum.

Si hoc festum cadit in Dedicazione Ecclesiae, vd.: *Dedicatio Ecclesiae* (Translatio).

Primaria festa s. Joann. B. et ss. ap. Petri et Pauli attentis rationibus per P. Merati allatis, innixis decreto in Aquileien 21. Aug. 1688 excludunt omnia alia festa in ipsis currentia, excepta solemnitate. Corp. Chr. n. 4143 ad 5 die 11. Maji 1743.

De dicendo *Credo,* vd.: *Credo in missa Patroni princip.* (decr. n. 4143.)

3) Homilia.

In die octavae s. Joann. B. legi potest homilia assignata pro die 25. et 27. Junii, cum propter occupationem illorum dierum amissa fuerit. n. 4526 ad 5 die 7. Sept. 1816.

4) Lectiones.

Ad dubium: An in Octava S. Jo. B. repetendae sint Lectiones III. Noct. ex die festi, ut Rubrica Breviarii observat, etiam quando non recitatae fuerint Lectiones, quae in Breviario habentur II. et IV. die infra Octavam?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Servetur peculiaris Rubrica.“

Atque ita rescribere ac proposita Dubia declarare existimavit. n. 5064 ad 3 die 27. Febr. 1847.

chim perinde ac s. Annae conjungis, esset in Ecclesia universali de praeepto, S. R. C. re mature nec semel discussa ita denique censuit annuendum, ut ne festa de praeepto multiplicentur, debitus tamen honor Genitori Matris Dei non denegetur, festum ejusdem s. Joachim a die 20. Mart. ad dominicam post Assumptionem B. V. M., ejus Filiae, transferatur, in eaque sub ritu dupl. maj. ut et festum s. Annae conjugis sub eodem ritu deinceps celebretur. Die 20. Sept. 1738 in una Urbis et Orbis.

2) Hymnus.

Ad dubium: In festo s. Joachim nonne dicendum est in hymno: *Meruit Supremos?* S. C. resp.: Quae mutatio servanda modo est in festo s. Joachim Dominica infra octavam Assumptionis celebrando. n. 4119 ad 8 die 2. Sept. 1741.

3) Translatio.

Officium s. Joachim transferatur in primam diem non impeditam, quando cadit in dominica, in qua celebretur dies octava Assumptionis. n. 4175 ad 5 die 4. Sept. 1745.

Ad dubium Ord. Capucinorum Provinciae Florentinae: an festum s. Joachim Patris B. V. M. in concurrentia festi alterius Sancti aequalis ritus considerari possit ut Patriarchae an simplicis Confessoris? S. C. resp.: Quum festum s. Joachim pertineat simpliciter ad illa Confessorum in aequali ritu observari debere rubricam de concurrentia festorum. n. 4651 ad 4 die 19. Decb. 1829.